



F<sup>i</sup>ldericus ex illustri familia comitum de Oetingen natus est. Eum parentes ob egregiam in dolem in optimis literis educarunt, atq<sup>ue</sup> doctis præceptoribus instituendum tradiderunt. Vnde magnam eruditionis opinionem natus est. Erat etiam is insigni corporis & animi fortitudine praeditus. Itaq<sup>ue</sup> Theutonicorum militarem ordinem ad huc iuuenis assumpsit, atq<sup>ue</sup> in Germania & Prussia magnum uirtutis nomen obtinuit, ita ut etiam huic ordinis preficeretur. Cum autem eo tempore Rabanus praeful Eystetensis esset mortuus, atque p<sup>o</sup>tifex huius Friderici eruditionem percepisset, eum eius loci episcopum 47 constituit. Itaq<sup>ue</sup> Fridericus huic uocationi obtemperans, Episcopi munus suscepit, atq<sup>ue</sup> magna pietate & prudentia administravit. Erat enim natura mitis, pius, liberalis, & multis artibus instructus. Eam functionem cum per annos 32 optimè gubernasset, tandem sub initio Constantiensis Concilij, anno 1415. magno omnium luctu obiit, atq<sup>ue</sup> Ioannem à Haydeck successorem habuit. Anon.